DECRETUM

Pro recitatione Officij Desponsationis B. M. V. cum S. Iosepho, aliàs pluribus Regnis, & Dominijs, sub ritu Duplicis, concessi in Festo ejusdem Desponsationis, die 23. Ianuarij.







Congregationis Clericorum Regularium Pauperum Matris DEI Scholarum Piarum.

AD humillimas preces P. Iosephi Mariæ à S. Philippo Nerio, Congregationis Clericorum Regularium Pauperum Matris DEI Scholarum Piarum, & Siciliæ Provincialis, de consensu P. Petri Francisci à Conceptione, ejusdem Congregationis Præpositi Generalis, Sanctissimo Domino Nostro porrectas, à Sanctitate Sua ad Sac. Rituum Congregationem remissas, & ab Eminentiss. & Reverendiss. D. Cardinale Gabriello relatas; Sac. Rituum eadem Congregatio posse concedi censuit, ut à tota Congregatione prœdicta singulis annis Officium Desponsationis B. M. V. cum S. Josepho recitari possit, & valeat, si Sanctissimo Domino Nostro videbitur. Die 24. Aprilis 1706.

Et factâ deindè per me Secretarium de prædictis Sanctissimo Domino Nostro relatione, Sanctitas Sua benignè annuit. Die 15. Mensis Maij ejusdem Anni 1706.

G. Card. Carpineus.
Loco ✠ Sigilli.

B. Inghirami, Sac. Rit. Congr. Secr.

ROMÆ, Typis Rev. Cam. Apostolicæ, M DCCVI.

Reimpressum VARSAVIÆ in Collegio Scholarum Piarum.
M DCCVII.